



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agrippinae, 1684**

93. Quid si iudices exemptorum in exercenda iurisdictione sibi aliquem  
incompetentem associant.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

**R**espondeo breviter, non confirmari, nisi Jurisdic. superveniat ante litem, & actionem, qua de re videatur uberius Bald. leg. 1. col. 5. vers. quare non quia C. a non competente, ubi etiam Apost. §. 1. vers. 4. quarto queritur. C. qui pro sua jurisdic. ne ubi etiam Apost. idque ne quidem, si partium expressus consensus accedat. Rom. conf. 258. lat. Abb. cap. Prudentiam. 19. de offic. delegati: processus enim coram incompetente & J. d. agitatus, partium consensu ratificari non potest. Fel. cap. nonnulli §. 1. & alii nu. 4. de rescriptis.

---

Q U A E S T I O    X C I I .

An si quispiam in loco Exempto nomine Judicis Exemptorum judicet, possit talis sententia à giudice exemptorum ratificari.

**P**osse censuit Innocent. c. prudentiam tuam num. 7. de offic. deleg. fol. 49. col. 4. sed quid si partium consensus accedat, an in unius prorogationis acta & sententia modi roborentur, vide Innocent. ibidem nu. 9. & 10.

---

Q U A E S T I O    X C I I I .

Quid si Judices exemptorum in coercenda Jurisdictione sibi aliquem incompetentem adduciant?

**R**espondeo acta coram ejusmodi judicibus, quorum alter habilis est, alter inabilis & incompetens, non subsistere, non subsistere, ubi D. D. de offic. deleg. cap. quoniam Abbas eodem tit. l. Padini. ff. de arbiter. Garcia Masfrillus Neap. dec. 27. idque obtinet in Judicibus delegatam Jurisdictionem habentibus, nec in habentibus Jurisdictionem ordinariam, Vantius de nullitat. ex defectu Jurisd. ord. n. 183. l. 1. §. 1. ff. quod falso Tutore. Judicandi enim munus apud Ordinarios est indivisibile, d. l. Padini. Garcia Masfril. d. dec. 27. num. 4. hincque est ut potestas ejus ordinaria per admissionem inabilis non intervertatur. Rom. conf. 506. nu. 13. Gaul. de pace publ. l. 1. observ. 6. n. 21.

---

Q U A E S T I O    X C I V .

Utrum Vicarius Episcopi possit ex delegatione Apostolica in prima instantia in exemptorum causis cognoscere.

**Q**uestio nunc in facto versatur coram Reverendo Domino Joanne à Choklet Vicario Leodien. in Spiritualibus Generali, fratre meo, inter Dominum Leonardum Exemptum, & Joannem de Courteroye, qui auctoritate Nuncii Apostolici specialibus facultatibus Jurisdictionem in exemptos habentis, causam ei delegerat, urgebatque unice Dominus Leonardus incompetentiam Jurisdictionis.